



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 6. Qui alios ad diuinam tribunal citant, id ex odio aut vindicta facere non debere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

Alio fine sancti alijs mortem vel optant vel orant. Quamuis rarissime; cum pronum sit cogitare, eos vtilius ad laborem laborisque præmium, in hac vita superesse: nec manus iniicienda sit sceptro supremi Gubernatoris, cuius pronidâ dispositione fortasse tales adhuc *Plantati in domo Domini: in atrijs domus Dei nostri florebut, & adhuc multiplicabuntur in senecta vberi; & bene patientes erunt, ut annuncient laudem omnipotentis.*

Pfal. 52.  
13.

## §. VI.

*Qui alios ad diuinum tribunal citant, id ex odio, aut vindicta facere non debere.*

Alterum, quod deduco, est: tametsi Deus, perinde iustitiæ ac amicitiae fautor, subinde exaudiat iniurijs ita pressos, vt alios non iam secum triumphaturos, sed, ante diuinum tribunal, disceptaturos, ad vallem Iosaphat, aut Dei iudicium particulare, citent; non tamen exaudire eum illos, qui charitate destituti, ita cum alijs agunt, vti secum agi non vellent. *Voluntatem timentium se facit.* Qui autem charitate proximi destituuntur, Deum non timent. Neque sane vllus vellet iniuste ipse vel ad ciuile tribunal, ne dum ad diuinum, vocari. Ergo  
qui

Pfal. 144.  
19.

qui iniuste alios ad hoc vadimonium venire iubent, non solum grauissime peccant, dum alijs faciunt, quod ipsi sibi fieri nollent, atq; eos, quos citant, tanquam innocentiae oppressores, iniquissime suggillant; sed etiam à Deo non exaudiuntur; ex odio enim, aut iniusta vindicta alios volunt è vita expelli; stultèque arbitrantur, Deum cæco furori mendacijsque calumniantium cooperaturum. Aut certè sperant, hoc pacto, citatos minaci terrore vsque ad lethalem tristitiam concutiendos. Potest enim tam proterua citatio nonnullos meticulosos, & vel vmbra timentes, ita potenti terrore percellere, vt ex ipso metu imaginationeq; mortis, in morbum & mortem prolabantur. Panicus quidem & vanus est timor, sed multos, si non omnino occidit, saltem vehementer angit.

## §. VII.

*Ab innocentibus, & sibi nihil conscijs, non esse metuendas eiusmodi desperatorum citationes.*

His talibus inculcandum est, Deum odio alterius aut falsitati non patrocinari. Itaq; si ex æquo vel fecerunt, vel iudicauerunt; si constat de facti aut sententiæ, ob quam

I

citan-